

Salmo 67

Latino

Exsurgit Deus, et dissipantur inimici eius;
et fugiunt, qui oderunt eum, a facie eius.
Sicut dissipatur fumus, tu dissipas;
sicut fluit cera a facie ignis, sic pereunt peccatores a facie Dei.
Et iusti laetentur et exsultent in conspectu Dei
et delectentur in laetitia.
Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius; iter
facite ei, qui fertur super nubes:
Dominus nomen illi. Iubilare in conspectu eius;
pater orphanorum et iudex viduarum, Deus in
habitaculo sancto suo.
Deus, qui inhabitare facit desolatos in domo,
qui educit vinctos in prosperitatem; verumtamen
rebelles habitabunt in arida terra. -
Deus, cum egredereris in conspectu populi tui,
cum pertransires in deserto,
terra mota est, etiam caeli distillaverunt a facie
Dei Sinai, a facie Dei Israel.
Pluviam voluntariam effundebas, Deus;
hereditatem tuam infirmatam, tu refecisti eam.
Animalia tua habitabant in ea, parasti in
bonitate tua pauperi, Deus.
Dominus dat verbum; virgines annuntiantes
bona sunt agmen ingens:
Reges exercituum fugiunt, fugiunt, et species
domus dividit spolia.
Et vos dormitis inter medias caulas: alae
columbae nitent argento, et pennae eius pallore
auri.
Dum dispergit Omnipotens reges super eam,
nive dealbatur Selmon ".
Mons Dei mons Basan, mons cacuminum
mons Basan.
Ut quid invidetis, montes cacuminum, monti,
in quo beneplacitum est Deo inhabitare? Etenim
Dominus habitabit in finem.
Currus Dei decem milia millium: Dominus
venit de Sinai in sancta.
Ascendisti in altum, captivam duxisti
captivitatem; † accepisti in donum homines, ut
etiam rebelles habitent apud Dominum Deum.
Benedictus Dominus die cotidie; portabit nos
Deus salutarium nostrorum.
Deus noster, Deus ad salvandum; et Domini,
Domini exitus mortis.
Verumtamen Deus confringet capita
inimicorum suorum, verticem capillatum
perambulantium in delictis suis.
Dixit Dominus: " Ex Basan reducam, reducam
de profundo maris,
ut intingatur pes tuus in sanguine, lingua
canum tuorum ex inimicis portionem inveniat ".
Viderunt ingressus tuos, Deus, ingressus Dei

mei, regis mei in sancta.
Praecedunt cantores, postremi veniunt
psallentes. in medio iuenculae tympanistriae.
In ecclesiis benedicite Deo, Domino, vos de
fontibus Israel ”.
Ibi Benjamin adulescentulus ducens eos,
principes Iudae cum turma sua, principes Zabulon,
principes Nephthali.
Manda, Deus, virtuti tuae; confirma hoc,
Deus, quod operatus es in nobis.
A templo tuo in Ierusalem tibi afferent reges
munera.
Increpa feram arundinis, congregationem
taurorum in vitulis populorum:
prosternant se cum laminis argenti. Dissipa
gentes, quae bella volunt.
Venient optimates ex Aegypto, Aethiopia
praeveniet manus suas Deo.
Regna terrae, cantate Deo, psallite Domino,
psallite Deo,
qui fertur super caelum caeli ad orientem; ecce
dabit vocem suam, vocem virtutis.
Tribuite virtutem Deo. Super Israel
magnificentia eius, et virtus eius in nubibus.
Mirabilis, Deus, de sanctuario tuo! Deus Israel
ipse tribuet virtutem et fortitudinem plebi suae.
Benedictus Deus!

Italiano

Sorga Dio, i suoi nemici si disperdano *
e fuggano davanti a lui quelli che lo odiano.

Come si disperde il fumo, tu li disperdi; †
come fonde la cera di fronte al fuoco, *
periscano gli empi davanti a Dio

I giusti invece si rallegrino, †
esultino davanti a Dio *
e cantino di gioia.

Cantate a Dio, inneggiate al suo nome, *
spianate la strada a chi cavalca le nubi:
«Signore» è il suo nome, *
gioite davanti a lui.

Padre degli orfani e difensore delle vedove *
è Dio nella sua santa dimora.

Ai derelitti Dio fa abitare una casa, †
fa uscire con gioia i prigionieri; *
solo i ribelli abbandona in arida terra.

Dio, quando uscivi davanti al tuo popolo, *
quando camminavi per il deserto, tremò la terra,
stillarono i cieli davanti al Dio del Sinai, *
davanti a Dio, il Dio di Israele.
Pioggia abbondante riversavi, o Dio, *

rinvigorivi la tua eredità esausta.
E il tuo popolo abitò il paese *
che nel tuo amore, o Dio, preparasti al misero.

Il Signore annunzia una notizia, *
le messaggere di vittoria sono grande schiera:
«Fuggono i re, fuggono gli eserciti, *
anche le donne si dividono il bottino.

Mentre voi dormite tra gli ovili, †
splendono d'argento le ali della colomba, *
le sue piume di riflessi d'oro».

Quando disperdeva i re l'Onnipotente, *
nevicava sullo Zalmon.

Monte di Dio, il monte di Basan, *
monte dalle alte cime, il monte di Basan.

Perché invidiate, o monti dalle alte cime, †
il monte che Dio ha scelto a sua dimora? *
Il Signore lo abiterà per sempre.

I carri di Dio sono migliaia e migliaia: *
il Signore viene dal Sinai nel santuario.

Sei salito in alto conducendo prigionieri, †
hai ricevuto uomini in tributo: *
anche i ribelli abiteranno presso il Signore Dio.

Benedetto il Signore sempre; *
ha cura di noi il Dio della salvezza.
Il nostro Dio è un Dio che salva; *
il Signore Dio libera dalla morte.

Sì, Dio schiaccerà il capo dei suoi nemici, *
la testa altera di chi percorre la via del delitto.

Ha detto il Signore: «Da Basan li farò tornare, *
li farò tornare dagli abissi del mare,

perché il tuo piede si bagni nel sangue, *
e la lingua dei tuoi cani
riceva la sua parte tra i nemici».

Appare il tuo corteo, Dio, *
il corteo del mio Dio, del mio re, nel santuario.
Precedono i cantori, †
seguono ultimi i citaredi, *
in mezzo le fanciulle che battono cembali.

«Benedite Dio nelle vostre assemblee, *
benedite il Signore, voi della stirpe di Israele».
Ecco, Beniamino, il più giovane, †
guida i capi di Giuda nelle loro schiere, *
i capi di Zàbulon, i capi di Nèftali.

Dispiega, Dio, la tua potenza, *

conferma, Dio, quanto hai fatto per noi.
Per il tuo tempio, in Gerusalemme, *
a te i re porteranno doni.

Minaccia la belva dei canneti, †
il branco dei tori con i vitelli dei popoli: *
si prostrino portando verghe d'argento;
disperdi i popoli che amano la guerra. †
Verranno i grandi dall'Egitto, *
l'Etiopia tenderà le mani a Dio.

Regni della terra, cantate a Dio, *
cantate inni al Signore,
egli nei cieli cavalca, nei cieli eterni, *
ecco, tuona con voce potente.

Riconoscete a Dio la sua potenza, †
la sua maestà su Israele, *
la sua potenza sopra le nubi.

Terribile sei, Dio, dal tuo santuario; †
il Dio d'Israele dà forza e vigore al suo popolo, *
sia benedetto Dio.